



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Pariter ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

& nullam mentionem facere istius
sententiæ quam tot Rabbinii ha-
bent quos nos adduximus, quæ
vult esse capitis vestem instar ga-
leæ) Aruch scribere fuisse vesti-
mentum rubrum אלהנתה אלהנתה גג
instar cristæ galli. Utique hoc ip-
sum est quod de *κυρβασιά* veteres
prodiderunt, licet id tantum dicant
de ea quæ recta est & Regi Per-
sæ propria. Hesychius: Κυρ-
βασιά, ὄρη πάρα. ταύτη ἢ οἱ παρσῶν
βασιλεῖς ἐχρῶντο, καὶ κυρῦφῃ ἀλέκτορος.
Inprimis elegans est Aristophanis *Aristoph.*
locus, qui Gallum Persis impe- *in Avibus,*
rasse ex eo probat, quod etiam-
num illius crista recta fit ut recta
tiara.

Αὐτίκα δ' ὑμῖν πρῶτ' ἐπιδείξω τὸ Ἀλεπ-
τρύον ὡς ἐτυράννεις,

Ἐρχε τε παρσῶν πρῶτον Δαρεία καὶ Με-
γαβύσα.

Ὡς τε καλεῖται παρσικός ὄρνις, ἀπὸ τῆς
ἀρχῆς ἐτ' ἐκείνης

Διὰ τοῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν, ὡς παρσ βασι-
λεὺς ὁ μέγας Δαβιάκης,

Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασιάν, τῶν
ὀρνίθων μόνῃ, ὅρθῃν.

*Satim autem vobis primum ostendam
Gallum*

Gallum quod regnabat, imperabatque Persis prius quam Darius & Megabyzus. Quare vocatur Persicus avis, à dominatione adhuc illa, propter hæc habens & nunc, sicut rex magnus incedit, in capite Kyrbasiam, avium solus, rectam. Festivissime jocatur gallum Persarum Regem fuisse, quia etiamnum solus avium cristam erectam, uti Persarum Rex $\kappa\rho\rho\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\nu\ \delta\rho\theta\eta\nu$, habet. Quæ ostendunt $\kappa\rho\rho\beta\alpha\sigma\iota\lambda\acute{\epsilon}\nu$ idem esse quod כִּרְבֵּלָא , tiaram nempe, qualem gestarunt Persæ, Chaldæi, & alii Orientis populi.

Iachiad.
Paraphr.
in Dan.

VII. לבושין esse vestes interiores, quas sub sarabaris habebant, voluit Jachiades. $\text{הם המלבושים החללי על הכנדים הראשונים מוחת הסרבליים}$
Hæc sunt vestimenta, quæ induebantur præter vestes priores infra sarabara. Cujus sententia mihi verissima videtur. לבש quidem est induere, & לבוש vestis, attamen hic sumitur pro iis vestibus, quas sub stolis habuerunt, quales braccæ, & si quid aliud in usu fuit vestimenti genus. Hac ratione apparet, quomodo vestiti fuerint Sadrach Mesach & Abednego, stola nempe Medica,